



Caja  
A-44

~~8-1-7-9~~ ~~7-7~~

Ex erroribus qui in operibus M<sup>ri</sup> Soto et multi sunt et graves, quoru aliquos ille retractavit ad finem quatuor  
centenariu, paucos quos ille vel non agnovit, vel peperat retractavit; ut eoru specimen aliquod probemus  
sic notare volumus: reliquos compendij causa relinquimus. His nonnullos etia addidimus ex Melina, et Soto.

1 Soto igitur libro 6. de iusticia et iure q. 1. art. 6. Vbi dixerit An mors pietatis sit usurarius necne: Ad Con-  
cilium inquit, et Papam non pertinet definire, neq declarare tamq de fide ea quae non ex sacra scriptura,  
sed ex nuda philosophia eliciuntur. V.g. Ad summu Pontificu non pertinet examinare, et definire quisnam  
concordatus sit usurarius, et quis ab hoc crimine sit liber; et redit rationem; quia id non ex sacra scriptura  
elicitur, sed ex media meraj natura rerum. Unde deducit non esse necessariu standum definitioni Con-  
cilij, vel Romani Pontificis definientis Montempietatis qui modo est in usu liberum esse ab omni usurae  
labe, sed tenendum contra illos.

Multa sunt in hac propositione temeraria et erronea. P<sup>o</sup> Non pertinere ad Concilium et Pa-  
pam declarare aut definire tamq de fide ea quae ex sacra scriptura sed ex nuda philosophia eliciuntur.  
2<sup>o</sup> Non esse standum necessariu definitioni Concilij aut Romani Pontificis definientis Montempietatis  
qui modo est in usu liberu esse ab omni usurae labe. 3<sup>o</sup> Non obesse definitionis ea de re factas  
a Summis Pontificibus et Concilij, sed tenendu contra illas quamvis ea declaraverit et determinave-  
rit ut ipse constat, Leo. x. in Concilio Lateranensi; qui affirmat idem fecisse praedecessores suos  
Paulum 2<sup>o</sup>. Sixtum 4<sup>o</sup>. Innocent. 8. Julium 2<sup>o</sup>. Quod etiam fecerit declarasse Pius 2<sup>o</sup>. Quod  
igitur non sine temeritate et errore negetur pertinere ad summum Pontificem et Concilium determinare et  
declarare An mors pietatis sit licita vel illicita. Ea ratio convincit. Ad Concilium et summum  
Pontificem pertinet declarare et determinare ea quae sunt fidei et spectant ad mores; quod et certissimum  
est, et receptum ab omnibus tamquam principiu in materia de fide quod negare non licet abq Graecis  
nota. quod autem ad mores pertineat an sit vel ille concordatus sit licitus vel illicitus nulli dubium  
est potest, qui intelligat quae opera ad mores pertineat aliquid cu virtute fieri vel cu labe peccati.  
Porro quod non pertineat ad summum Pontificem examinare et declarare nisi ea solum quae eliciuntur ex divina  
scriptura falsum omnino est. Nam etia potest determinari et declarari ex traditionibus Ecclesiae, et ex lege natura-  
li et ex principiis moralibus aliis evidentibus. Nam quamvis pertineat ad philosophum moralem, potiori certe ratione  
ad summum Pontificem pertinet, tamq pastorem Ecclesiae declarare doctrinae cura suis oibus et tollere eis occasionem  
peccati. Quare Gerson p<sup>o</sup> parte tractatus circa praecipuum Non occidit Alphabeto xi tra 1 et Alphabeto 12 tra 8.  
docet erroneum esse dicere quod philosophia et moralia non pertineant ad fidem, neq ad iudicium fidei licet pertineant  
etia ad philosophiam moralem. Navarrus etia in commento de usu super cap. p<sup>o</sup> 14 q. 3. Num. 59 et 60. licet  
praedicta doctrina Soti esse temeraria et erronea. Idem docet Innocentius in cap. Cum ad verum lib. 96. in  
4<sup>o</sup>. probat. Eadem nota et censura cum damnat expressius Corduba in suo p<sup>o</sup> lib. 4. q. 3. de potestate Papae d. 2  
sub finem. Unde inferunt talibus determinationibus et declarationibus Summorum Pontificum assertivis et definitivis  
et requisitis factis, tamq fidei definitionibus standum esse sub nimis et nota erroris aut haereticis; cuius oppositum  
docet Soto loco supra citato.

2 In additionibus ad 4<sup>am</sup> ad congerens quod dixerat 4<sup>o</sup> dist. 9<sup>o</sup> g<sup>o</sup> art. 1. Nimirum, quod sacramenta causa nostra salutis existant ad necessaria confirmationem fidei et religionis minime pertinet sed sub dispensatione cadit graviter etiam lapsus est. quippe subiungi. Nolum negari esse de fide, quod per sacramenta nostra iustificamur; sed quod videtur quo sacramenta sunt causa gratiae sicut aut tanquam instrumenta concurrunt in genere causae efficientis, aut saltem signa non est expressum in sacra scriptura. Nam licet in dispensatione sit a sacramentis sine causa physica vel moralis gratiae, tamen auctores esse solum signa est contra multos sacra scripturae locos in quibus causalitas sacramentorum clare exprimitur, quos refert Bellarminus lib. 2. de sacramentis a cap. 3. Praeterea contra Tridentinum sess. 6 cap. 7. Vbi Baptismum dicit esse causam instrumentalem iustificationis, et canone 7 et 8. continens confers et dare gratiam. Est etiam contra traditionem omnium patrum quos refert Bellarminus eodem lib. 2.

3 In 4<sup>o</sup> dist. 18 g<sup>o</sup> 3. art. 3 paulo antequam respondeat ad primum argumentum, ait. Probabiliter fortasse dicitur, quod homo qui habetur ex timore de temporali ut honoris bonorum est solus propter causas naturales sine ulla auxilio speciali ut sufficiens dispositio si existimetur contritio ut audent sacramenta peccator suscipiat gratiam. Haec doctrina est fere erronea cum sit contra Concilium Tridentinum sess. 14 cap. 4 ubi sacra auctoritas declarat esse donum Dei et spiritus sancti impulsu et dispositione ad gratiam in sacramentis perire impetranda cuius motiva assignat merum Gedenam et alia quae sunt supernaturalia. Et etiam contra commune sententiam scholasticorum, qui dicunt dispositionem ad gratiam debere esse eisdem ordinis supernaturalis cum gratia. Metus enim et dolor solum naturalis nullam habet proportionem cum gratia quae forma est supernaturalis. Neque vero fit apta gratiae dispositio eo solum nomine quia existimatur esse contritio, quamvis n. qui talis existimatione sacramentum suscipit exiungatur a culpa; illa tamen existimatio praestare non potest ut quae dispositio non sit fiat dispositio proportionata formae supernaturali.

4 Ibidem dist. 41 g<sup>o</sup> 3. articulo 2. sub finem. Sancti non orant pro diabulis in Purgatorio existentibus. Sententia haec est plusquam falsa, et merito notatur a Bellarmino lib. 2. de Purgatorio cap. 15. Vbi eam rejicit cum ex alijs tum ex Aug<sup>o</sup> libro de cura pro mortuis cap. 4. Ab alijs vero dicitur fere erronea; Adversatur enim communi totius Ecclesiae consuetudini; quae ad sanctos qui sunt in caelis pro eis fundit ut pro animabus quae purgatorij penis cruciantur divina opem implerent. Quod autem beata illa mentis in statu non sint satisfactionis; quae ratio solum in errorem induxit nullius momenti est; neque enim quia non sunt in statu satisfactionis, nequeunt etiam illis animabus perari condonationem a Deo impetrare; quod et factum esse ex multis historijs constat, et fieri posse longe lateque probari potest. Sed neque nunc id agimus, neque videtur esse necessarium, quare et nonnulla alia breviter etiam qua flumini attingemus, eorum censura non solum indicabimus.

5 Libro 5. de iusticia g<sup>o</sup> 3. articulo 3. ad 2<sup>um</sup> ubi ait: inventorem rerum perditarum, quamvis pauper non sit si adhibita diligentia debita dominum non inveniit tuta conscientia posse sibi retinere ut inuenias. quae sententia est contra commune omnium Theologorum consensus, et contra id quod dicitur ex Aug<sup>o</sup> 2 Hieronymo 14 g<sup>o</sup> 3 cap. multa. Et cap. Si quid inveniisti. Vbi docent omnes ut si quismodi esse in utroque pauperum ergo neque possit inventorem iure sibi retinere nisi ipse sit pauper et illis rebus indigeat.

6 Libro 9. de iusticia g<sup>o</sup> 8. articulo 1. Docet pretium sine remuneratione per symoniam acceptam non esse restituendam necesse Ecclesiae sive pauperibus, sed ei qui debet ante iudicis sententiam, quae doctrina est contra commune Theologorum et Summorum, et Jurisconsultorum doctorum.

7 In 4<sup>o</sup> dist. 24 g<sup>o</sup> 6. articulo 5. Verum. Verum autem Culmen & Arcus non esse eadem quod Romanus

Pontifex et Summus Pontifex sint iure diuino coniuncti; et quod iure humano possunt separari.  
A multis doctoribus ut suspecta erroris condemnatur. Minimum ex falsa.

8. Ibidem dist. 22. q. 3. artic. 1. in 2. discrimine, ait: Quo circa quando in Bulla Cruciatæ conferetur facultas absolendi ab omni censura Ecclesiastica affirmat, sub nomine censure comprehendendi etiam irregularitatem quod est contra ius et usum Curie Romane.

9. Ibidem q. 2. artic. 3. docet Viriorem diplomatis Cruciatæ, cui dicit Papa quod possit absolui quicquid ab omnibus casibus et reuocatis in Coena Domini. Possit absolui quemcumque Sacramentum emendationem in foro conscientie. reseruata tamen potestate Inquisitoribus providendi in foro exteriori. Est falsa hæc doctrina, contra vnum et contra declarationem aliquorum Summorum Pontificum diuersis sub illa clauula generali non comprehendendi Sacrosim.

X. Ibidem dist. 21. q. 2. artic. p. Sac. habet. Inde etiam plane constat, quod nemo in Purgatorio unquam fuit viginti imò forsan neq. decem annis, ne paucioribus dicamus. Quare inane est hoc diuinari, et sine fundamento loqui in re graui, Contra Historias autenticas Sanctorum, et aliorum Doctorum, qui affirmant animas purgare sua peccata plures quàm decem vel viginti annos.


## Ex Medina

(15)

1. Medina p. 2. q. 90. artic. 4. versu. Sed quibus docet Leges siue Constitutiones Pontificias publicè in Curia Romana promulgatas non habere vim ubiq. obligandi nisi in prouincijs promulgentur. et affert in suam sententiam Caietanum et Socum. — Hæc Medina sententia omnino pugnat cum omni Summorum, et Iure canonici interpretum consensione. Derogat plurimum auctoritati Pontificiarum Constitutionum; est contra vnum receptum; nullo iure canonico, aut ratione probabili confirmatur. Cum Medina solum ex legibus Imperatorij probat; sed Imperatoris Leges nisi iure Canonico approbentur formam dare non possunt Pontificijs Constitutionibus. Nec Caietanus et Socus Medina fauent. Quonia' Socus solum dixit in Prouincijs non obligari, quia Pontifex videtur nolle obligare. Et Caietanus tantum ait non obligare in Prouincijs, quia multi per iustam et probabilem ignorantiam excusantur.

2. Idem p. 2. q. 109. artic. 3. versu. Quarta Conclusio. ait In Demonibus manens rebus ordinem, imò beatitudinem naturalem, et Demones et alios damnatos diligere Deum super omnia. Contra est quia beatitudo etiam naturalis cum poena et miseria non est; at demones et alij ad inferos damnati æternam penam et miseriam patiuntur, q. beati etiam naturaliter non sunt. Præterea Demones et alij ad inferos damnati in peccatis sunt, et multa atq. iniqua peccata perpetrantur; q. Deum super omnia non diligunt etiam naturali dilectionis elicitæ, atq. in lege naturali implerunt. Et tamen multa peccata committunt contra legem naturalem. Nec Medina d. 28. aut Caietanus suffragantur.

3. Idem 3. p. q. 13. artic. 2. dub. ultimo cap. 8. Existit, inquit, secundum gradum homo est e principalis secundum Deum causa reus iustificat. Secundaria tamen est et non loquitur de causa principali morali aut meritoria; de huius iam operis conel. 3. et seq. Et absurda quæ inferunt ex contraria sententia aperte indicant eum loqui de causa efficiet non de causa morali sed etiam physica. — Hanc sententiam omnino falsam et temerariam esse docet Suarez in 2. Editione tom. 1. in 3. p. disput. 31. sect. 4. paulo ante Propositionem. Præterea ex ipsi q. sectione 3. et 4. dicit p. et 2. contra illa adducit.





5

Handwritten text in a cursive script, likely a name or title, which is significantly faded and obscured by dark stains and paper damage. The text is oriented vertically along the spine of the book.

No. Pair  
A-HH